



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu,  
Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte  
Orandi & meditandi methodo**

**Balsamo, Ignazio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1612**

Examen Conscientiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48888](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48888)

*Consideratio siue contemplatio.*

**A**D contemplationem siue meditationem quod attinet, Religiosus debet esse ei addictissimus, tanquam matri & nutrici virtutum, atque bonorum omnium spiritualium. *Desolatione* inquit Propheta Ieremias, *desolata est omnis terra: quia nullus est qui recogitet corde.* Præcipuus namque finis propter quem homo conditus atque in hoc mundo constitutus fuit, est considerationi operum diuinorum intendere.

*Ierem. 12.*

Eadem consideratio est proprium religiosi officium, qui ut huic vni rei vacaret, domum paternam, & seculum integrè reliquit. Quæ autem religioso sint maximè consideranda in fine huius tractatuli annotabimus.

*Examen conscientie.*

**A**D examen conscientie quod spectat, duo illi facienda sũt. Primum: omni die priusquam ad lectum se conferat vel somnum ineat, totius diei à se rationem exiget, cõ-  
fide-

siderando quomodo obligationi suę  
 in diuino seruitio satisfecerit, qui-  
 bus in rebus singulas diei horas con-  
 sumperit, & si quid minus rectè, aut  
 etiam perperam factū repererit, il-  
 lius veniam à Deo flagitabit, cum  
 vero & ardenti desiderio eadē quo-  
 tidie diuina gratia opitulante perfe-  
 ctius exequēdi, atq; idcirco singulis  
 diebus postquam expergefactus fue-  
 rit, proponet in corde suo cuncta  
 quę status obligatio à se requirit,  
 multo accuratius quàm vnquā antea  
 perficere. Etenim experiētia nos edo-  
 cet, duo hæc vnicuiq; vtilissima esse;  
 summo mane proponere, & sub ves-  
 perā totius diei à se rationē poscere.

*Recollectio sui ipsius.*

**A**lterum quod breui compendio  
 hominem ad perfectionis cul-  
 men ducit, est: sæpenumero seipsum  
 recolligere, receptui canere, & ani-  
 mæ thalamū post singulas horas aut  
 certè post binas, pro vt negotia per-  
 milerint ingredi, ibiq; coram diui-  
 na præsentia imaginationis benefi-  
 cio se constituere, & vnum animæ o-  
 culum